

ENGISTVS ET HORSVS ANGLOSAXONES.



Engistus & Horsus in Angria apud Vuestph^alos magna fortitudine & prudentia Saxones gubernabat. Cum autem ea terra angustior ipsis videretur, quam quod tot duces capere posset, undique occasionem captabant, quam ratione finitos superare, & nouum regnum acquirere possent. Accidit autem commode, ut Britanni à Pictauis et Scotis grauiter premerentur, itaque Vortigerus eorum rex Saxoniæ duces in auxilium euocat. Eā occasione Anglo saxones læto animo arripientes magnis copijs in insulam traiecerunt, prōlio autem initio uictoria penes Saxones fuit. Itaque Pictaui, qui ex Scythia uenerant, penitus deleti, Scoti uero in Hiberniam & extremam partem Britannicæ insulæ reiecti. Cum autem Germani eam fertilitatem agrorum, & coeli clementiā admirarentur, non contēterant partem aliquam regni stipendijs loco accepisse, sed ipsum quoque regem bello aggrediuntur. Hac necessitate rex impulsus pugnam cum ihs iniit.